

cuius est directæ petio hereditatis, vt no. in l. quia
 perinde. ff. ad Trebell. Item potest esse, quod in iudiciis
 particularibus contra vtilem actionem competi-
 petar exceptio, quæ non competit contra directam,
 vt l. quotiens in princ. ff. de admin. tur. Di-
 nus in reg. pro possess. de reg. iur. io sex. & copiose
 per Bart. in d. loco, vbi demonstrat, an istæ duæ
 actiones sint ædem genere, & speciei & numero,
 & quod duplex sit actio utilis, & per doct. infra in §.
 30 j. ¶ Vltimè scias quod actio alia est vniuersalis, alia
 31 generalis, & alia singularis ¶ vniuersalis est illa,
 quæ proponitur de vniuersali subiecto, continen-
 re plura actû vel potentia, veluti petitio hereditatis.
 32 ¶ Generalis est illa, quæ prædicatur de generali
 subiecto plura actû continente, vt actio tutelæ,
 pro socio, nego. gest. quæ non recipit augmentum
 vel diminutionem l. licet. C. de iud. secus in vni-
 33 uersali, quia recipit augmentum & diminutio-
 nem. l. 4. ff. de pet. hered. ¶ Singularis est illa, quæ
 prædicatur de singulari subiecto & determinatur
 signis particularibus specificatis, vt actio commo-
 dati depositi, & similes, vt tradit glo. Bar. Bal. A-
 lexan. l. as. Deci. Rip. ac moder. repe. in l. edita. C.
 de eden. & in l. j. ff. de eden. & specul. in tit. de act. &
 34 petit. §. sequitur. l. as. in rubr. ff. sol. mar. ¶ Vltimo
 sciendum est, quod terminus iste actio, alias stri-
 ctæ, alias large assumitur, & quandoque largissi-
 me secundum aliquos, strictè vt tantum actionem
 in personam comprehendat alias largè, vt etiam
 realem amplectatur actionem, quandoquidem
 largissimè vt officium iudicis non excludat, vt la-
 tius suo loco dicemus. Et quælibet, seperato no-
 mine noncupatur. Illa prima, quæ in personam
 datur denominatur actio, illa 2. quæ infertur in
 rem, vocatur petitio, 3. quæ datur in rem, & in
 personam appellatur persequitur. res. iure consul.
 in l. 2. actio. ff. de actio. & obligat. & in l. pecu-
 niz. §. fin. de verb. signific. vel sic prima actio per-
 35 sonalis, secunda realis, tertia officium iudicis, vt
 ex dicendis apparebit, & voluit glo. Petr. de Bell.
 Alex. in l. j. ff. de eden. Ioan. Cror. in l. j. num. 8. ff.
 de leg. j. & per scrib. in l. j. ff. de iuri. Com. iud. Cur. in
 l. edita. circa princ. C. de eden. Veniamus inquam
 ad primam, quæ propriè & strictè dicitur actio,
 vt dixit gl. & Dec. in l. in act. ff. de in li. iu. l. as. Dec.
 & Zuccar. in rub. num. 3. o. ff. si cert. pet. Hyeron.
 36 Cagn. in l. si quis maior. C. de trans. ¶ Diffinitur
 autem actio in personam secundum recentio, hoc
 modo. est actio qua agimus aduersus eum, qui
 nobis est obligatus ad aliquid faciendum, vel dan-
 dum, & semper aduersus eundem locum habet,
 comprobant eam hoc modo, nam dicunt, genus
 est illud, verbum actio, quod quam generale sit
 patet ex dictis & dicendis, & tradit Bart. in l. j. ff.
 de act. & oblig. dicuntque se dixisse ad faciendum
 ad differentiam actionis realis, in qua neque fa-
 ctum, neque datio versatur, sed tantum petimus,
 vt res nostra nobis restitatur, sed hoc pace eor-
 37 um falsum est, quia per actionem realem, non
 petimus rem nostram nobis restitui, sed declara-
 ri nos dominos illius rei, vt ex §. j. & ibi dicendis
 infra eod. patebit, & expressè dicit Speculat. in tit.
 de act. & pet. §. sequitur. num. 1. sed officio iudicis
 sit restitui vt communiter doct. dicunt in l. si
 prius. ff. de noui. ope. nunci. vt testatur ibi Iason.
 quæ iuris non deficient, qui teneant contrarium,
 vt ibi per eum, & in l. naturaliter. §. nihil commu-
 ne. ff. de ac. qui. poss. igitur potes dicere, quod stat

ad differentiam realis actionis, in qua non peti-
 mus, aliquid dari vel fieri, sed à iudice nos pro-
 nunciari dominos, alias non discreparet actio per-
 sonalis à reali cum rem restitui sit factum l. stipu-
 lationes non diuiduntur in prin. vbi scriben. ff. de
 verb. oblig. Item dicunt se dixisse ad dandum ad
 differentiam realium, in quibus nõ agitur ad dan-
 dum, cum dare propriè sit dominium transferre.
 §. sic itaque, infra eod. sed ille, qui agit in rem iam
 dominium habet, vel præsupponit se habere. l. in
 rem. ff. de rei vend. §. j. infra eod. ideo non potest
 illud amplius fieri suum. §. sic itaque infra eod. §.
 si rem legatarij, supra de leg. item dicunt se dixisse,
 & contra eundem semper locum habet, ad dif-
 ferentiam actionis realis, quæ datur aduersus quem
 vis possessorem & aiunt probari hanc diffinitio-
 nem in l. actio num. §. in personam. ff. eodem. Pos-
 sumus etiam demonstrare hæc verba diffinitionis
 stare ad differentiam officij iudicis quod non est
 mirum, quia cum stant ad differentiam realis, quæ
 magis personali accedit, multo magis stabunt ad
 differentiam officij iudicis quod magis ab actio-
 38 ne in personam differt, vt ex glo. fin. in prin. nigri.
 infra apparebit. ¶ Dicitur in personam, quia vt
 dictum fuit semper personam persequitur. l. actio-
 num. §. in personam. ff. eod. & licet ratione rei, vel
 facti in obligationem deducti hæc actio videat-
 ur dari, hoc non consideratur, quia in id nõ prin-
 cipaliter, sed in consequentiam venit, vt tradit
 Specul. in tit. de act. & pet. §. si quis num. 5. & li-
 cet hæc actio transeat de persona defuncti in hæ-
 redem, vt in §. non autem, infra de perp. & temp.
 act. quia non per hoc aliam quam personam obli-
 gatam dicitur persequi, quia vna, eademque per-
 39 sona existimatur persona defuncti, cum persona
 hæredis, vt in auc. de iure iur. à mor. præst. in prin.
 & in l. fin. C. de hæred. instir. & infra dicitur la-
 tius in §. j. ¶ Nascitur hæc actio personalis à vera,
 & efficaci obligatione, l. licet §. ea. ff. de procur.
 tradunt communiter doct. in princ. supra de obli.
 & infra eo. in prin. Ioan. Cora. in l. frater à fratre
 40 in princ. ff. de condi. ind. ¶ quæ vt efficax sit indi-
 get vtroque vinculo, scilicet oblig. ciuili, & natu-
 rali & tradit Curt. in l. si vnus. §. pactus num. 3. 3.
 ff. de pact. in l. debitor num. 4. ff. ad Trebel. Jacob.
 de Aren. Latius, infra in princ. & docto. supra de
 obli. in princ. Et Fort. Garg. in d. §. pact. qui testa-
 tur hanc esse communem opinionem, & tunc di-
 cit diffiniri obligationem iuris vinculum, quo ne-
 cessitate astringimur alicuius soluendæ rei secun-
 dum nostra ciuitatis iura, vt supra de obligat. in
 41 princ. ¶ Naturalis obligatio potest sic diffiniri,
 est naturæ æquitatisque vinculum, quo astringi-
 mur ad aliquid faciendum secundum Ioan. Cora.
 in l. frater à fratre num. ij. ff. de cond. ind. quam di-
 cit probari in l. cum amplius. §. is natura debet, ff.
 de reg. iur. & in l. strictum. §. naturalis. ff. de solut.
 sed hæc diffinitio in multis peccat, in primis dum
 dicit vinculum æquitatis comprehendit obliga-
 42 tionem prætoriam, in qua vinculo æquitatis a-
 stringimur, cū sciamus omnes ordinationes præ-
 torias, æquitate procedere, vt latius demonstrat
 Ioan. Anib. in l. nemo potest num. 4. 3. ff. de leg.
 j. & Panta. in l. ij. in princ. C. de rescind. vend.
 item in alio est defectiua, quia tantum dicit, fa-
 ctum in ea deduci, cum dare quoque possit in eâ
 venire l. frater à fratre. ff. de condi. ind. & l. natu-
 raliter. eod. tit. Tamen licebit istas diffinitiones
 amplecti,